



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

25 de Sectione per serram, & pthiriasi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

*Labra incana situ scabrique rubigine dentes,
Dura cutis, per quam spectari viscera possent:
Ossa sub incuruis exstabant arida lumbis,
Ventricus erat pro ventre locus, pendere putares
Pelvis, & ab spina tantummodo crate teneri,
Auxerat articulos macies, genus que tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.*

Et paulo post Erisichthonis fame affecti morbum sic refert miferitimum.

*Lenis adhuc somnus placidis Erisichthona pennis
Mulcebat, perit ille dapis sub imagine somni,
Oraque vana moues, dentemque in dente fatigat,
Exercet que cibo delusum guttur inani:
Proque epulis tenues, nequiquam denorat, aras.
Vt vero est expulsa quies, furit ardor edendi,
Perq, audas faucis immensa que viscera regnat.
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aer
Pascit, & appositis queritur ieiunia mensis.
Inque epulis epulas quarit: quodque vrbibus esse,
Quodque satis poterat populo, non sufficit vni,
Plusque cupit, quo plura suum demittit in aluum, & c.*

Et tandem,

*Vt tamen illa mali postquam consumserat omnem
Materiam, dederat que graui noua pabula morbo:
Ipse suos artus lacero diuellere morfu
Cepit, & infelix minuendo corpus alebat.*

De Pœna Excoriationis. Cap. 24.

- 1 Excoriationis pœna quando. & 2.
- 2 Iudicis corrupti pecunia pœna excoriatio.

Alia pœna refertur mortis in sacra pagina, excoriationis: dum Antiochus iratus in Iudæos, septem vnus matris filiis, & legis diuinæ & patriæ fidelibus martyribus, iussit amputari linguam, manuum & pedum summitates, & cutem capiti detrahi, & tartagine viuos torreri, 2. Machab. c. 7. Hoc supplicium frequens fuisse, crudele & abominabile Micheas docet, dicens, c. 3. *Audite Principes Iacob, & duces domus Israel, Numquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum de super eis, & carnes eorum de super ossibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pillem eorum de super excoriarunt, & ossa eorum confrugerunt, & concenterunt scut in lebetes, & quasi carmen in medio olla.* Plures Christianos ob fidem Dei excoriatos sub Persarum rege Barrane testatur Nicephorus Calisti libr. 14. hystor. eccles. cap. 19. ¶ Scribit Herodotus 2. libr. 5. ¶ Cambysen regem Persarum interemisse Sicamnem vnum ex iudicibus, quod pecunia corruptus male iudicasset, & interemto detractum corium in lora condidisse, quibus tribunal, in quo ille iudicaret, intendit: ibidemque filium eius Otanem, sedere iudicem præcepisse: atque in memoria habere, in quo iudicaret tribunali. Manes a quo Manichæi, excoriatos iussu regis Persarum lege Persica, & corpus reliquum bestiis deuorandum traditum. Cutem vero, qua tanta illius improbitas continebatur, tanquam vtrem ante portas suspendi curauit. Cum enim egrotasset regis Persarum filius, & medicorum turba illi adesset, Manes promittebat per orationem, tanquam pius curaturum: recedentibus tamen medicis, recessit & vita a filio. Ille autem fugiens captus, ita necatus est. *Cyrrill. Hieroso. Cath. 6.*

De Sectione per Serram, & Phthiriasi.

Cap 25.

- 1 Serra secari pœna.
- 2 Phthiriasi seu pediculari morbo qui decesserint.

Alia mortis pœna, serra secari, ligni in modum. Scribit enim Diuus Paulus ad Hebra. cap. 11. ex fidelibus legem Dei seruantibus, alios secutos. Et Diuus Athanasius in *Questio. 9. 106.* refert Elaiam Prophetam serra lignea morte affectum, & diuisum per Manasse regem. Et Cyrillus Hierosolymitanus *Cathec. 2.* id ipsum notat. Talem pœnam in reos statuisset Caligulam, auctor Suetonius Tranquillus in *Calig. cap. 27.* atque serra medios disseuisset. ¶ Phthiriasi pœna supplicium adhuc a Deo impositum Herodi fuit, quod sibi vsurparet gloriam sibi debitam, vermiumque consumtus animam efflauit, *Asterum 12.* Ferunt phthiriasi, seu morbo hoc vermium seu pedicularum ex antiquissimis periisse Acastum Pelia filium. Ex posterioribus Alamanem cantilenarum artificem, Pherecidem rerum diuinarum

scriptorem, Calisthenem Olynthium, dum carceris in Rodia teneretur: præterea Mutium Iulianum consulum, Syllam Dictatorem, *Plutarch. in vita Sylla, de Pherec. Diogenes, Laert. in 1. Democritum, Pheuclytus 1. de verb. mirif. Theodericum regem Wandalarum post susceptam Ariarum hæresim, Gagus 1. libr. dum agit de Gothor. bello.* Refert Diodorus Siculus libr. 4. cap. 3. in Æthiopia Acridophagos deserto conterminos locustis desuper volantibus venatis pasci, & appropinquante senecta, pediculos alatos visu varios, specie horridos, ac turpes in corpore nasci, qui ventrem primo, tum pectus, deinde totum corpus paulo tempore exedunt: & Democritum pediculis exesum tradit Antonius, lib. 3. de vita sua.

De Abforbitione a terra. Cap. 26.

- 1 Abforpti a terra.
- 2 Sepeliebantur vna Vestales impudice.

Pœna pœna mortis horribilis inuenitur a Deo contra murmurantes & seditiosos factionis Chora, Datani, & Abironis, ob quam iussit Deus terra viuos abforberi, *Numero. 16. Deuter. 11.* Ferunt Amphiarum Thebanum vatem seu diuinum, pugnantem in bello Troiano, vna cum curru a terra hiatu deuoratum viuum, *Statius.* Marcus quoque Curtius nobilis, cum terra hiatu defedisset, vt oraculo fatisceret dæmonis, in pœnam & ad expiationem, vt illis persuadebatur, in specum hiantem cum equo se præcipitem dedit, terræque filifera coalescente deuoratus est. ¶ Proxime fuit imitatur hanc pœnam illa, quæ Vestalibus in incestu compertis imponebatur: vineta enim, quæ talis erat, *Dionys. Halic. in 1. Pomp. Latius, de sacerdotibus in Vestalib.* in Sandapila per medium forum efferebatur ad portam Collinam, vbi tumultus Vestalium impudicarum inter muros, in quo parua cauerna erat subterranea, ad quam scalis per foramen defedebatur, quo ve demittebatur. Et postea terra iniecta fossa opplebatur, vsque ad operculum. Nos de hac pœna latius inincestu.

Alia mortis supplicia extra sacram paginam. Cap. 27.

- 1 Veneno necare pœna quibus.
 - 2 Culei pœna.
 - 3 Disceptio membrorum in pœnam.
 - 4 Decimatio hominum, pœna.
 - 5 Attili Reguli atrocissimum supplicium.
 - 6 Supplicium crudelissimum ex inuentione Mezentii.
 - 7 Macellatio hominum in supplicium.
 - 8 Seruitus pro pœna imposita, & quibus.
 - 9 Vires seruorum in numero sunt.
 - 10 Sepultura priuari pro pœna habitum, & supplicio.
- Cadauera punitorum relicta insepulta quare, eod.*

Interdicte est iure ciuili Romano pœna, qua quis veneno necabatur, *laui damnum. 8. §. proinde, de pœn. in P.* Quamquam & hac D. Ioannes Euangelista damnatus est a Domitiano, priusquam in insulam Pathmon relegaretur. Antiquis potissimum Græcis frequens, veluti & apud Athenienses Socrates hac pœna affectus. ebibito cum cicuta infesto poculo. ¶ Culeo pœna infuebantur, vt tractatum late in crimine parricidii. ¶ Membratum, ¶ vi aliquando & iussibus in contraria tendentibus, discepti sunt pœna atroci homines, vt Merius Suffetius Albanorum dux, defectionis & proditoris reus damnatus. Is enim flagris fœde laceratus, bigis adnotis ad alteras ex brachiis, ad alteras ex pedibus, loris longis reuinctus est: deinde antrigis in diuersa agentibus humi raptatus, moxque a nitentibus in contraria disceptus est, vt auctor Dionysius Halicarnas. libr. 3. *antig. Roma.* Plinius Nouocomenis lib. de vir. illust. in Tullio. Alexander Macedo proceris in vnum curuatis arboribus, vtrique parti corporis partes adligabat, easque tanto concitatas impetu remittebat, vt laniata corpora passim discepterentur, *Plur. in vita Alexan.* Iustinianus tamen videtur prohibuisse hanc pœnam & reliquas quibus articuli dissoluntur, quod membrorum dissolutio grauior censetur vtriusque membri abscissione, §. *quia vero, vt nulli iudi. lice. habe. loc. serua. in Auth. colla. 9. tit. 9.* Quæ tamen constitutio pertinet ad pœnas leuiorum criminum potius, quæ ad exemplares & atrociorum criminum. ¶ Cum ¶ multitudo ¶ crimen capitale admisset, aliquando decimatio facta est: vt crudelis nimium Sylla Romanus, captis Athenis de cimum quemque ciuem, vt fors ferebat, trucidabat, teste Pausania 1. *rer. Attic. Cic. pro Cluëcio, Statueris, inquit, maiore nostri, vt si a multis esset flagitium*